# Mythologia, Francfort, 1581 - X [47] : De Mercurio

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document est une version augmentée de :*
Mythologia, Venise, 1567 - X [47] : De Mercurio

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V**

Mythologia, Francfort, 1581 - V, 05 : De Mercurio *a pour résumé ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

Mythologie, Paris, 1627 - X [47] : De Mercure *est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

Mythologie, Lyon, 1612 - X [47] : De Mercure *est une traduction de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
langue(s)Latin
Paginationp. 1046

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesMercure
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6104?context=pdf

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6104?context=pdf

tæ sunt. Per easdem Horas rursus improbitatis hominum sterilitatem agrorum, & omnes diuinitus immissas calamitates esse comites innuebant.

De Mercurio.

Atque vt intelligeretur à diuina natura res humanas non esse penitus seiunctas, Mercurium tanquam vinculum quoddam intercedere censuerunt, qui Deorum consilia ad homines, hominum ad Deos ipsos asportaret. Id autem fingebatur ab iis, qui quo pacto res humanæ diuinitus gubernarentur, percipere non poterant. Nam Mercurius vis est illa diuina, quæ in mentes hominum diuinitus infunditur, quæque res humanas mirificè in suo ordine componit & conseruat. Tum rursus, vbi somnia in mentes hominum diuinitus infundi putabantur, aut vbi animæ in corpora nascentium deduci, aut post mortem ad inferos, vis illa diuina Mercurius dicebatur. Illo autem nomine vis diuina vocata fuit, quia primus Mercurius vir sapientissimus mundum à Deo creatum fuisse dixerit, & non posse sine diuina prouidentia gubernari, omnemque Deorum cultum inter mortales instituerit, neque vllum fieri posse crediderit sine Deorum nutu ortum & interitum. Nam cùm hæc prior homines docuisset, quasi res consiliaque diuina ad nos detulisset, Deorum nuntius creditus est. Quæ pertinent ad vim orationis exprimendam huic Deo dicatæ prætermitto, cum natura ipsius planetæ, suo loco legenda.

De Pane.

Cùm vellent rursus demonstrare antiqui, omnia naturalia corpora diuinæ naturæ subiici, & ab illa pro sua voluntate gubernari, Pana Mercurij filium tradiderunt esse. Est autem Pan hæc vniuersa corporum naturalium moles, velut ipsum nomen significat: in qua diuina humanis coniunguntur, quod exprimebant per superiorem formam Panos quæ pulcherrima erat, & Diis simillima: cùm inferior magnopere esset deformis ob inferiorum corporum naturalium sordes, quæ sunt tanquam hypostasis naturæ. Reliqua quæ pertinent ad explicandam corporis formam, suo loco legenda relinquimus, vbi latè declarata sunt.

De Silenis.

Enimuero non solùm rebus humanis præesse Deos statuerunt fabularum inuentores, & sub hisce occultandæ philosophiæ

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6104?context=pdf